

SECTIO II.

De Pœnis malè Ordinantium, & Ordinatorum.

SUMMARI A.

42. Ad effectum Ordinationis referuntur pœna.
43. Pœna conferentis Primam Tonfuram infanti.
44. In conferentem Minores autè canonicam etatem nulla in Jure est determinata pœna.
45. & seqq. Pœna conferentis Majores Ordines ante etatem. 49. Pœna ordinati ante legitimam etatem. 50. Solum incurritur in suspensione Majorum Ordinum. 51. Malà fide per alia. 52. & seq. Habità notitià non potest in Ordine suscipi ministrare. 54. & seq. Inter Regulares & Sæculares in hoc puncto non est faci-

enda distinctio. 56. & seqq. Pœna ordinantis alienum subditum absque literis dimissivis. 59. Pœna ordinati non subditi. 60. Ordinationum est nulla quoad effectum. 61. & seqq. Pœna Ordinantis & ordinati extra Diocesim. 67. & seqq. Pœna Ordinantis & ordinati extra tempora. 72. & seqq. Agitur de absolute hujus pœna. 76. & seq. Agitur de Ordinatione, non servatis interstitiis sacra. 78. & seqq. Pœna Ordinantis aliquem sine titulo. 83. & seqq. Pœna ordinati sine titulo.

§. I.

De Pœna Ordinantis vel Ordinati ante legitimam etatem.

42. Ad effectum Ordinationis revocantur pœna, in malè Ordinantes & ordinatos constituit. Has strictim lustratori, incipimus à pœna, quæ statuta noscitur in Ordinantem & ordinatum ante legitimam etatem. Ubi ex parte Ordinantis est distinguendum inter Primam Tonfuram, Ordines Minores, & Majores. Primam Tonfuram si conferat infanti (quodiplum extenditur ad illiteratos & conjugatos, si tonsurentur extra casus, à Jure permisso) ab illius collatione per integrum annum est ipsò Jure suspensus 44. cap. ult. de Temporib. Ordinat. in 6. In Minoribus Ordinibus, ante canonicam etatem collatis, eandem pœnam ab Ordinate incurri, quidam ex paritate cit. cap. ult. deducunt. Sed quia constitutio pœnalis est, loquens de sola Tonfura, non extendi, sed coarctari debet ad suos limites; adeoque punitio Superioris arbitrio relinqui. P. Wiestner ad cit. de Temp. Ordinat. n. 91. P. Schmalzgrueber ibid. num. 60.
45. Quando Majores Ordines ante definitam etatem conferuntur, Ordinans à collatione Ordinum indefinitè & simpliciter per sententiam dicitur suspendendus cap. vel non est 14. de Temporib. Ordinat. Fagnanus ibid. num. 32.
46. Unde si Ordinans, insuper habità suspensione, nihilominus ordinare præsumperit, contrahit irregularitatem non minus, quam alius, qui ministrat in Ordine, à cuius exercitio suspensus est per cap. i. cui 20. de Sentent. excommunicat. in 6.
47. Idemque contingere, si in tali suspensione Primam Tonfuram imperiatur, docet cit. Fagnan. num. 35. non immemor scilicet opinionis, aliàs à se defensæ, quòd Primam Tonfuram sit Ordo propriè talis. Sed quia à nobis in cap. 1. num. 38. eadem Tonfura ab Ordine propriè tali fuit exclusa, non potest Fagnani placito mentem inclinare: utpote cum in cit. cap. vel non est Ordinans tantum à collatione Ordinum (quorum nomine in materia pœnali non comprehenditur Or-

do improprius) suspensus referatur. Aa. mox citati.

Ordinatus ante præfixam etatem de Jure 49. Communi in cit. cap. ult. non est per sententiam suspendi jubetur; at in constitutione Pii II. quæ incipit cum ex Sacrorum 1461. edita, suspensio est lata sententiæ, si Ordo collatus sit unus ex Majoribus; & ordinatus eundem constitutum, receperit. Sin Ordo collatus sit unus ex Minoribus, tunc quia cit. cap. vel non est aperte loquitur de Diaconatu; & constitutio Piana sermonem facit de Ordinibus Sacris: bene concluditur, Primam Tonfuram & Ordines Minores, seu non-sacros, ibidem non includi. Barbosa de Off. & pot. Ep. alleg. 16. num. 14. Antonell. de Regim. Eccles. Episc. lib. 2. cap. 2. num. 2. P. Reiffensuel ad cit. de Temporib. Ordinat. num. 170. P. Schmalzgrueber ib. n. 62.

Præterea cum eadem Piana voluerit reprimere temeritatem ordinatorum, ac aliunde sit notum, pœnas in ignorantes, & culpâ carentes, non statui: is, qui bonâ fide credidit, se annos canonicos jam jam attingisse, à pœna suspensionis erit immunis. Barbosa ad cit. cap. vel non est num. 8. Antonellus d. cap. 2. n. 4. Interim, si ordinatus successu temporis acquisiverit noticiam, se in etate non competentem ordinatum fuisse, non poterit ante etatem plenè habitam in Ordine suscipi ministrare: quippe cum bonâ fides, quamdiu non resolvitur, excusat quidem à culpa, non tamen auferat impedimentum, à Jure constitutum. Reiffensuel cit. l. num. 180.

Quamquam ne hoc quidem 53. casu irregularitatem contrahat arg. cit. qui 18. de Sent. excommunicat. in 6. Wiestner cit. l. num. 96. Antonellus cit. n. 4.

Num porrò Clericus ordinatus sit Regularis 54. ris vel Sæcularis, nihil interesse, docuerunt Antonell. d. l. num. 1. Barbosa d. alleg. num. 25. P. Pirhing ad tit. de Temporib. Ordinat. num. 95. P. Schmalzgrueber ibid. num. 63.

Siqui-
dem

dem cit. constituto Pii II. licet ab initio de solis Clericis Sæcularibus differere videatur; in

decurfu tamen de omnibus & singulis, qui ante canonicam etatem ordinantur, disponit.

§. II.

De Pœna malè Ordinantis & Ordinati propter defectum subjectionis.

56. Specialis quoque pœna reperitur decreta in illum, qui scienter aut affectatâ ignorantia ordinat alienum subditum absque literis dimissivis sui Ordinarii: hic enim ab Ordinum collatione per annum est ipsò Jure suspensus cap. eos qui 2. de Temporib. Ordinat. in 6. Trid. sess. 23. de ref. cap. 8. in fin. Const. Innocentii XII. quæ incipit: speculatores &c.
57. Quòd hæc suspensio fit universalis, atque ad omnes Ordines porrigatur, colligitur ex cit. cap. eos qui, ubi non tantum constitutio & locutio de Ordinibus est universalis & indefinita, sed etiam licentia, quæ datur subditis talibus Episcopis, Ordines à vicinis Episcopis recipiendi (de qua in cap. 3. num. 98.) est absoluta & generalis. Pignatell. tom. 9. consulti. 189. num. 97. & seq. Pirhing cit. l. n. 98. Wiestner 58. ibid. num. 110. E contra Primam Tonfuram collationem in illa suspensione non contineri, satis probatur ex dictis in num. 48. quia scilicet in propria significatione Ordinum numerò non intelligitur. Clariss. P. Schmalzgrueber cit. l. n. 66.

59. Ordinatus quoque non-subditus in pœnam temeritatis tamen manet ab Ordinum (Majorum & Minorum, utpote cum Trid. Concilium, mox citandum, absque distinctione loquatur) executione suspensus, donec cum eo dispensetur ab Episcopo proprio cap. ibid. 1. cap. si quis 3. Dist. 71. cap. eos qui 2. de Temporib. Ordinat. in 6. Trid. d. sess. 23. de Ref. cap. 8. Barbosa de Off. & pot. Ep. alleg. 8. num. 11. Et licet in cap. nullus 1. l. x. q. 2. talis Ordinatio planè declaratur nulla; hoc tamen est exaudiendum de solo effectu seu executione Ordinum per cap. ult. ead. quæst. 2. Pignatell. cit. l. num. 93. & seq.

§. III.

De Pœna Ordinantis vel Ordinati extra tempora, vel interstitiis non servatis.

67. Ordinis & ordinati pœna extra tempora consueta est suspensio ferenda sententiæ per cap. sane 2. & cap. cum quibus 8. de Temporib. Ordinat. et in supra cit. Bulla Pii II. cum ex sacrorum &c. quoad ordinatum facta.
68. Sit lata sententiæ. Imò etiam quoad Ordinantem possit videri, pœnam ferendam sententiæ per Concil. Trid. sess. 23. de ref. cap. 8. & Bullam 91. Sixti V. in pœnam late sententiæ fuisse commutatam. Sed, ut rectè sentit P. Engel ad cit. tit. de Temp. Ord. num. 16. illa constitutio Conciliaris duos casus complectitur, ac ab initio præcipit, ut Ordines statutis de Jure temporibus conferantur; postea verò prohibet, ne alienus subditus ordinetur absque testimonio sui Ordinarii: & quia fuit

Quæres: an & qualis pœna fit statuta, si quis in aliena Diocesi, sine illius Diocesis licentia, ordinet?

Resp. in Trid. Concil. sess. 6. de ref. cap. 5. in Ordinantem statutam esse suspensionem ab exercitio Pontificalium, id est, omnium actuum, qui proprii sunt Ordinis Episcopalis, etiam Primæ Tonfuræ ex cap. 4. num. 74. & seq. in ordinatos verò suspensionem ab executione Ordinum ipsò Jure decretam esse. Hæc autem suspensio, cum pœna non levis sit, non incurritur ab Ordinate vel ordinato, si fuerint in bona fide, ac probabiliter existimant, Episcopum Diocesimum non fore invitum. Schmalzgrueber ad cit. de Temp. Ordinat. sub num. 71.

Nihilominus, ut cum eodem 63. Authore docent P. Pirhing ad cit. tit. n. 105. & P. Wiestner ibid. n. 108. ordinatus est suspensus impropriè, nec potest Ordinem suscipi exercere, donec Episcopus loci, ubi peracta est Ordinatio, cum eo dispenset: quia scilicet talis Ordinatio, ferè adinstar sententiæ, extra territorium late, quoad executionem est nulla cap. Episcopum 7. l. x. q. 2. Ve-64. rum, ut verum fatear, difficulter in hanc doctrinam consentio: tum quia in effectu parum aut nihil interest, sive talem ordinatum dicamus impropriè suspensum, sive propriè, cum in utroque sensu indigeat dispensatione: tum quia Ordinationem quoad executionem 65. invalidam non magis covalidare potest Episcopus alienæ Diocesis, quam Judex alterius territorii sententiam ex se nullam potest firmitati restituere: tum denique quia cit. cap. 66. Episcopum delinquentem est ex Concilio Antiocheno, quod, cum particulare fuerit, totam Ecclesiam non potuit obligare.

§. III.

De Pœna Ordinantis vel Ordinati extra tempora, vel interstitiis non servatis.

suspensionis pœna solum adicitur casu posteriori; ob strictam Legum pœnalium naturam, extensionem ad priorem non patitur. Bullam quoque Sixti V. à Clemente V. temperatam esse, testatur Pignatell. tom. 10. consulti. 159. n. 13.

Hæc autem suspensio neque incurritur, 70. quando Ordines Minores tantum sunt collati: eò quòd cap. sane 2. & cap. consultationi 16. d. 1. de Sacris Ordinibus mentionem ingerant; neque privationem exercitii quoad alium Ordinem, quam extra tempora illicitè susceptum, eoque superiorem, inducit, ut in eo, quò quisque deliquit, puniatur. Panormitan. ad cap. vel non est cit. tit. n. 15. Fagnan. ibid. n. 16. Reiffensuel ad cit. tit. n. 182.

- 72 Quis autem absolvere valeat à tali suspensione? Intricatus discurreunt Aa. Crediderim tamen, Episcopum, extra tempora perperam Ordinantem, & ita ordinatos absolvi posse ab Archi-Episcopo; illum quidem ex Jure Decretalium potestate ordinari *ergo, cap. pastoralis 11. in fine princ. de Offic. Judic. Ordin.*
- 73 hos autem potestate delegata per *cap. consultationi 16. de Temporib. Ordinari.* P. Engel ad *cund. tit. n. 17.* Archi-Episcopus enim est immediatus Superior Episcopi Suffraganei, non 74 autem subditorum illius. Quodsi Episcopus Ordinans sine culpa, ordinatus e contra sit culpabilis, ipsemet Episcopus absolvere poterit: quia Episcopus generatim à suspensione, quæ sine certi temporis determinatione inferatur, absolvere potest per *cap. ex literis 11. de Constitut. cap. nuper 29. de Sent. excommunicat.* P. Pirhing ad *tit. de Temporib. Ordinari. n. 107.* P. Wioffner n. 103. P. Schmalzgrueber n. 72.

Nec putes: suspensionem hanc Summorum Pontifici reservatam esse per *cap. cum quidam 8. de Temporib. Ordinari.* reservata siquidem est tantum respectu ordinati in casu primo, quod Episcopus delicti se participem fecit; imò in hoc ipso casu per *cap. consultationi 16.* Archi-Episcopo jus absolvendi delegatum est.

Quoad Ordinationem, non servatis interstitiis factam, non legitur in Jure poena quædam expressa, nisi eodem die vel continuatò jejuniò duobus, plures Ordines Majores, vel Minores cum Subdiaconatu conferantur: tunc enim Ordinans à collatione Ordinum sic collatorum; ordinatus autem ab exercitio posterioris Ordinis, non rite suscepti, suspenditur *cap. literas 13. de Temporib. Ordinari.* Hæc 77 que suspensio est Summo Pontifici per *tit. cap. reservata*; licet Archi-Episcopo facultatem absolvendi jure delegatò concedat P. Engel ad *cit. tit. n. 19.*

§. IV.

De Pena Ordinantis & Ordinati sine titulo.

- 78 Poena Ordinantis aliquem sine titulo, veluti jam indicatum erat in *cap. 3. n. 127.* est, quòd ordinatò teneatur alimenta necessaria subministrare, donec beneficium Ecclesiasticum consequatur *cap. Episcopus 4. cap. cum secundum 16. de Prebend. cap. si Episcopus 37. eod. tit. n. 6.* Hæcque obligatio (quod mirum videtur) non tantum afficit Episcopum Ordinantem, sed etiam illius successorem, qui nihil deliquit; non quidem in poenam, sed ad tollendum opprobrium, ut ait Pignatell. *to. 5. consulti. 77. n. 2. d. cap. cum secundum 16.* Ipsum verò Episcopum Ordinantem non aliter stringit, quàm si culpabilis extiterit, ac vel iecerit, ordinatum carere titulo, vel inquirere neglexerit. Pagnanus in *cit. cap. cum secundum num. 61.* Pirhing ad *tit. de Temporib. Ordinari. num. 111.* Pignatell. *cit. l. n. 14.* P. Schmalzgrueber *ib. sub n. 69.*
- 81 Ab alio Episcopo si quis ordinatus fuerit, refert, an ille habuerit generalem commissionem ab Episcopo proprio, vel specialem. Primo casu ad sustentationem Clerici ordinati sine titulo obligatur Episcopus alienus, utpote qui propter generalem commissionem fuisset obligatus ad inquisitionem, de titulo faciendam. Secundo casu tenetur Episcopus proprius, cui, antequàm literas dimissorias concedat, à Concil. Trid. *sess. 23. de Ref. cap. 3.* injungitur, ut suos subditos probet & examinet. P. Reiffenstuel ad *cit. tit. de Temporib. Ordinari. n. 174.*

SECTIO III.

De Effectu Confirmationis & Consecrationis.

SUMMARIA.

87. Confirmationis effectus est gratia sanctificans.
88. Impressio characteris. 89. Illius reiteratio non censet irregularitatem. 90. Cognatio

spiritualis. 91. Effectus Consecrationis describitur. 92. Semel valida non repetitur. 93. Quando dubium est de valore, repetitur sub conditione. §. I.

§. I.

De Effectu Confirmationis.

- 87 Confirmatio triplicem effectum operatur. I. est gratia sanctificans, quæ confirmatus acquirit robur & fortitudinem ad fidem Christianam, constantem & perseveranter propugnandam. Textus in *cap. omnes 1. cap. spiritus 2. de Consecrat. Dist. 5. cap. un. §. per frontis de Sacra Unct.*
- 88 II. est character indelebilis, quòd confirmatus spiritualiter in anima signatur in militem Christi; ratione cujus Confirmatio, legitime collata, reiterari nequit. Concil. Florent. in *decretò Eugentii §. quinto Trid. sess. 7. de Sacram. cap. 9.*
- 89 Si tamen de facto fieret reiteratio, nec mi-

nister nec suscipiens irregularitatem vel censuram incurreret: siquidem extra reiterationem baptismi, de qua loquitur *cap. qui in quaerit 10. l. quasi. 7. cap. præterea 1. de Apostat.* non habetur aliqua irregularitas vel censura statuta. P. Engel ad *tit. de Sacram. non iterand. n. 3.* Clericat. de *Sacram. Confirmat. decis. 58. num. 3.* Barbosa de *Off. & pot. Ep. alleg. 30. n. 30.* Gonzalez ad *cap. ex tenore 4. de Temporib. Ordinari. num. 7.*

III. est cognatio spiritualis, inter confirmantem, confirmatum, ejus parentes & paternos contractus; de qua speciatim in *Lib. IV. tract. 3. de Impedimentis.*

§. II.

De Effectu Consecrationis.

- 91 Consecrationis effectum jam enodabimus in *Lib. III. tract. de Person. Reb. & Jur. Ecclesiast. p. 2.* ubi de rebus sacris concludemus, quòd ad usum pium & religiosum applicari; nec omni reverentia & veneratione tractari; nec in contractus onerosos, in quibus ex altera parte temporale quid redditur, venire debeant.
- 92 Id solum de Consecratione quacunque adverto, quòd, ubi validè & rite celebrata fuit, non amplius sit repetenda per *cap. Ecclesiis 20. de Consecrat. Dist. 1.* ubi ex Nicæno Concilio

dicitur: *Ecclesiis, semel DEO consecratis, non debet iterum Consecratio adhiberi: quia, sicut infans à quacunque Sacerdote in nomine Patris & Filii & Spiritus S. semel baptizatus, non debet iterum baptizari: ita nec locus, DEO dicatus, iterum esse consecrandus.* Pax Jordan *lib. 5. tit. 9. n. 62.*

Si tamen occurrat dubium: an Consecratio fuerit celebrata; vel, si constet quidem de Consecratione, dubitetur tamen de illius valore, denuò sub conditione consecratur per *cap. solennitates 16. d. Dist. 1. de Consecrat. Pax Jordan d. l. n. 63. & seqq.*

CAPUT VI.

De Impedimentis, quæ Potestati Ordinis sunt contraria.

Potestati Ordinis, quòd minus acquiri, vel jam acquisita exerceri possit, contraria sunt impedimenta, seu irregularitates, quæ obstant non solum Ordinum susceptioni, sed etiam usui & exercitio. De his itaque, cum propriè spectent ad forum nostrum Canonicum, pro conclusione totius materiæ largiori maau differemus.

SECTIO I.

De Illegimitate.

SUMMARIA.

1. Describitur illegimitas. 2. Est macula natiuitatis. 3. & 4. Ex concubitu illicito contrahitur. 5. & seqq. Faciens, ut aliquis ad Ordines promovetur non possit. 9. & seqq. illegitimi sunt etiam inhabiles ad Ordines Minores. 13. & seqq. Quidam illegitimos occultos non putant esse irregulares. 16. & seqq. Alii rectius tenent contrarium. 20. & seqq. Objecta solvantur. 24. In dubio presumitur quis legitimus. 25. & seqq.

Infantes expositi à quibusdam habentur pro illegitimis. 27. & seqq. Ab aliis habentur pro legitimis. 33. Debent nihilominus natales suos aliter probare, si velint ad Ordines promoveri. 34. Potest cum illis Episcopus dispensare. 35. Refertur Bulla Gregorii XIV. 36. & seqq. Describitur quæstio, an liberi ex parentibus, vultu solenni ligatis, editi, sint legitimi. 39. & seqq. Describitur, quòd sint legitimi civiliter, non autem canonice. LII 2

noniâ. 43. Illegitimitas tollitur per professionem Religiosam. 44. Etiam apud P.P. S. F. E. su. 45. & seqq. Non autem per Novitiatum. 54. Illegitimitas non tollitur quoad Prælaturas. 55. & seqq. Tollitur tamen quoad beneficia. 60. & seqq. Filius illegitimus non potest cum patre in eodem Monasterio conversari. 62. Illegitimitas tollitur per legitimatorem per subsequentem matrimonium. 64. & seqq. Etiam quoad Episcopatum. 66. Excepto Cardinalatu. 67. Legitimus per rescriptum Pontificium est habilis ad Ordines. 62. Nisi specialiter requiratur legitima natiuitas. 69. & seqq. Legitimus per rescriptum Principis Secularis est inhabilis ad Ordines. 75. Illegitimitas tollitur per dispensationem. 76. & seqq. Hanc concedit S. Pontifex 79. & seqq. Episcopus regulariter dispensat ad sola beneficia simplicia. 82. & seqq. Defenditur, quod Episcopus dispensare possit in illegitimitate occulta. 90. & seqq. Dispensatio ad beneficia est stricta interpretationi. 94. & seqq. Di-

spensatus ad Ordines sacros est dispensatus ad beneficium simplex. 99. Secus dicendum de eo, qui dispensatus est tantum ad Ordines non-Sacros. 100. Prælati Regulares cum suis illegitimis ad Prælaturas ejusdem Ordinis dispensare valent. 101. & seqq. Illegitimi Presbyterorum filii non possunt in Ecclesia sui patris habere beneficium vel ministerium. 104. & seqq. Quod etiam probabiliter de nepotibus ipsorum ascendit. 108. Non item de patre, qui potest habere beneficium filii spurii post ejus mortem & resignationem. 109. & seqq. Filius legitimus Sacerdotis non potest immediate suo patri in beneficio succedere. 112. Nisi beneficium non habuerit in titulum. 113. & seqq. Hac prohibitio non spectat ad fratres & ceteros collaterales. 115. & seqq. Neque ad patrem. 117. Neque ad nepotem. 118. Si pater adhuc superius sit. 119. Suggestitur ratio. 120. & seqq. Eodem modo discutiuntur de nepote, ex filio illegitimo legitime procreato. 123. & seqq. In his casibus dispensat solum Papa.

§. I.

Quid sit Illegitimitas?

Primum impedimentum primæque species irregularitatis est Illegitimitas, seu vitium originis; ac deseribitur, quod sit macula natiuitatis, ex concubitu illicito contracta, faciens, ut aliquis ad Ordines promoveri non possit.

Dixi I. macula natiuitatis: qui enim nascitur ex thoro non legitimo, censetur maculam contrahere, non ex vitio proprio & actuali, sed ex alieno & quasi originali, dum paternum delictum luere debent innocentes liberi, non quidem ex culpa, sed ex causa in n. 5. & seqq. assignanda.

Dixi II. ex concubitu illicito contracta. Ubi quidem in ordine ad legitimatorem, vel successorem hereditariam variè distinguitur, utrum concubitus ille sit simplex & fornicarius in specie, an verò sit adulterinus, sacrilegus, aut nefarius: verum in ordine ad Ordines suscipiendos nulla sit distinctio, sed omnes, quotquot ex thoro illicito, atque aded à personis, Jure connubiali inter se non colligatis, sunt geniti, inhabiles ad suscipiendos Ordines reputantur cap. ut filii 1. cap. ult. de Filiis Presbyter. Ordinandi. cap. si qui 1. eod. in 6.

Dixi III. faciens, ut aliquis ad Ordines promoveri non possit. Rationes, quæ Legistas Ecclesiasticos ad statuum hoc impedimentum moverunt, sunt partim incontinentia paterna, cujus illegitimi liberi præsumuntur

hæredes futuri per cap. si gens 10. Dist. 56. partim detestatio criminis paterni, quod, ad terrorem parentum, etiam in liberis innocentibus punitur arg. cap. vergentis 10. de Hæretic.

partim memoria impudicitie, quæ procul ab Ecclesia, in qua Agnus immaculatus offertur, removeri debet arg. Trident. Concil. sess. 25. de Reformatione. cap. 15. partim excellentia Potestatis Ordinis, ad quam personæ viles & defectuosæ non admittuntur per cap. inter dile-

ctos 11. de Excessib. Prælat. Clariff. P. Wolfgang Obermayer in Quest. Canon. Civil. de Natal. def. q. 4. cap. 1. n. 1. & 2.

Hic autem quædam dubia veniunt enodanda. Et I. quidem dubitatur: utrum illegitimi sint etiam inhabiles ad Ordines Minores? Ratio dubitandi desumitur ex cap. presbyterorum 1. Dist. 56. cap. ut filii 1. de Filiis Presbyter. ubi illegitimi repelluntur ab Ordinibus sacris, quorum numerò Minores non continentur per cap. à multis 9. de Hæret. qual. & Ordin. præficiend. Verum indubitata credendum est, illegitimos etiam ab Ordinibus Minoribus arceri per textum concludentem in cap. 16. qui 1. de Filiis Presbyter. in 6. ubi sic, qui defectum patris natalium, ex dispensatione Episcopi licite dicitur ad Ordines Minores promoveri posse; optimò argumentò, quod de Jure Communi talis promotio non sit concessa. Ratio est: quia motiva, in num. 5. & seqq. allegata, non solum stringunt pro Ordinibus Majoribus, sed etiam pro Minoribus; imò, ut plerique docent cum Garcia apud citat. P. Obermayer q. 4. cap. 1. n. 3. etiam pro Clericatu simplici seu Prima Tonsura.

Ad rationem dubitandi Resp. I. Ordines sacros in citat. textibus vocari tales in sensu absoluto, quatenus personam ordinatam efficiunt sacram, & sacræ functionis capacem reddunt; sicque Minores æquè ac Majores comprehendunt per cap. 1. n. 27.

Dubitatur II. utrum, si illegitimitas sit occulta, impediatur Ordinationem? Negativa tribuitur Alphonso de Castro: tum quia in cap. ex tenore 4. de Temporib. Ordinandi. crimen occultum non impedit Ordinationem; tum quia illegitimitas, quæ non est notoria & manifesta, non repellit aliquem à beneficiis Ecclesiasticis cap. quoniam 10. de Filiis Presbyter. tum quia nec Ecclesiæ deturpatur honor, nec reverentia

verentia sacri ministerii periclitatur, nec periculum scandalis subest, quando macula natalium est occulta: tum quia rigorosum & difficile foret, si illegitimus defectum occultum manifestare, & seipsum infamare teneretur.

Sed affirmativa, quam tuerent Covarruv. in Clem. si furiosus p. 2. §. 3. n. 4. Thomas Tamburinus de Censur. & irregularitat. cap. 17. §. 1. n. 4. & 5. P. Wiefner ad cit. tit. de Filiis Presbyter. n. 4. Clariff. P. Schmalzgrueber ibid. num. 2. & communior & solidior est.

Ratio est: quia ex textibus in num. 4. apparet, illegitimos indistinctè repelli ab Ordinibus; nec ullus ex adverso textus est reperibilis, qui reflexionem faciat ad illegitimitatè manifestam. Accedit, quod ceteræ species irregularitatum obstant Ordinibus, siue notoriæ sint, siue absconditæ, veluti patet ex Trid. Concil. sess. 24. de Ref. cap. 6. ubi Episcopis datur facultas, in irregularitate ex delicto occulto dispensandi; quæ facultas non fuisset necessaria, si irregularitas non patens non caufaret impedimentum.

Obiecta pro negativa non nocent. Ad I. Resp. per crimen occultum, cui ex speciali Juris dispositione non est annexa irregularitas, non impedit Ordinationem, nisi ex illo sequatur infamia facti, quæ tamem non aliter confurgit, ac si crimen evadat notorium. Gonzalez ad cit. cap. ex tenore num. 7. §. 8. & 10.

Ad II. Resp. illegitimos à beneficiis excludi, non tantum, si notorium, sed etiam si occultum fuerit, quod patet ipsorum in eadem Ecclesia, in qua beneficiatos agere cupiunt, beneficium aliquod habuerint; eò discrimine servatò, quod in casu notoreitatis absque ulteriori indagine & processu removeri possint: utpote cum manifesta non egerint longiori discussione.

Ad III. Resp. etiam in illegitimitate occulta cesset unaratio, propter quam irregularitas est introducta, non tamen cessare reliquas, præsertim detestationem criminis paterni, & præsumptionem hereditariæ incontinentiæ ex n. 5.

Ad IV. Resp. ex cap. 4. n. 37. quod talis illegitimus nec defectum occultum manifestare, nec seipsum infamare teneatur; potest siquidem ab Ordinibus abstinere, causâ abstinentiæ non expressâ; quod sanè non probrosum aut rigorosum est.

Dubitatur III. utrum illegitimitas dubia ponat obicem Ordinationi?

Resp. negativè. Ratio est: partim quia in dubio non contrahitur irregularitas, sed expressa Juris sanctio desideratur per textum in cap. si qui 18. de Sent. excommunicat. in 6. Magnif. D. P. König ad tit. de Filiis Presbyter. n. 8. P. Wiefner de l. n. 5. P. Schmalzgrueber cit. num. 2.

Dubitatur IV. utrum infantes expositi sint censendi illegitimi, & inhabiles ad Ordines? Hic in utramque partem inveniuntur multi DD. In affirmativam eunt Covarruv. in cit. Clem. p. 1. n. 9. Ugolin. de Off. Ep. cap. 44. §. 7.

num. 1. P. Engel ad tit. de Filiis Presbyter. num. 5. Bonacina de Censur. diff. 7. q. 2. p. 3. num. 10. Ratio est: quia in dubio præsumptio capitur ex illis, quæ frequentius accedere solent: frequentius autem accidit, ut exponantur illegitimi, quam legitimi, dum parentes, coitum improbatum celaturi, prolem spuriam abiciunt, & in plateis, aut foribus Ecclesiarum, vel aliarum ædium exponunt. In negati-

vam transeunt Magnif. D. P. König ad tit. qui filii sint legit. num. 15. Clariff. D. de Chlun. enspergad tit. Inst. de Ingen. q. 6. Clariff. P. Obermayer in Quest. Canonico. Civ. de Natal. def. q. 2. cap. 2. n. 9. Anton. de Reg. Eccl. Ep. lib. 2. cap. 7. P. Wiefner ad tit. de Infant. & lang. expos. n. 10.

Ratio est I. quia generalis præsumptio in dubio non solum stat pro parte benigniori, sed etiam pro parte, quæ caret delicto cap. ult. de Præsumpt. cap. estote 2. de R. J. adedque etiam pro legitimitate, quæ favorabilis est, & delicto caret.

II. quia speciatim Jura sunt prona in favorem liberorum, quorum legitimitatem, quantum fieri potest, potius faciunt & adjuvant, quam coarctant & impediunt cap. ex tenore 14. Qui filii sint legit.

III. quia adhuc specialius SS. Canones favent infancibus expositis, dum ipsos in cap. un. de Infant. & lang. expos. à patria potestate liberos declarant: quod fieri non posset, nisi præsumerentur legitimi, dum patria potestas ex solo legitimo thoro subsistit §. ult. Inst. de Patria pot. §. ult. Inst. de Nupt. IV. quia specialissimè quoad Sacros Ordines Jus sacrum patrocinatur expositis, dum in cap. accedens 14. de Purgat. Canon. Diacono non aliter indicitur purgatio Canonica super natalium defectu, quam si publicè fuerit notat (hoc est, infamia) resperso.

V. quia non desunt exempla, quod liberi legitimi quoque fuerint expositi, vel ad inopiam sublevandam, vel ad periculum declinandum; quemadmodum evenit Magno Propheta & Duci Israelitico Moyfi, ut patet ex libro Exodus cap. 2. Unde præsumptio, quæ sumitur pro legitimitate, tanquam proli benignior, & delicti exclusiva, præferenda est alteri, quæ sumitur ex communiter accidentibus.

Hanc posteriorem opinionem censo probabiliorem. Quia tamen in cap. 4. num. 28. & seqq. adverti, ei, qui aspirat ad Ordines, qualitates extrinsecas, qualis etiam est legitimitas, esse probandas: hinc cum Francisco à Mostazzo in tract. de Caus. p. lib. 4. cap. 11. num. 76. censo, liberos expositos, non minus ac alios, ad Ordines non esse admittendos absque dispensatione, si legitimos natales aliis administrulis non probaverint. Hæc verò dispensatio, cum versetur circa rem dubiam, non est de necessitate petenda à Summo Pontifice, sed potest ab Episcopo peti & concedi, veluti cum Laymann. tradit cit. à Mostazzo. Quod ipsium generaliter erit annexendum ad num. 24. ubi actum est illegitimitate dubia.

Afferitur quidem Bulla Gregorii XIV. an. 1691. edita, per quam expositi etiam ad Ordines pro legitimis haberi videntur. Sed

idem Author respondet, eandem Bullam in gratia Confraternitatum, pro liberis expositis institutarum, emanasse; proindeque solos expositos illarum Confraternitatum ad Ordines admitti posse.

- 35 Dubitatur IV. utrum ad Ordines suscipiendos idoneus censatur, qui natus est ex conjugibus, quorum unus vel uterque, post matrimonium consummatum, solenniter professus est Religionem; aut quando maritus cum uxoris assensu Majores Ordines suscepit? Ratio affirmandi petitur ex eo: quia filius, ex legitimo thoro procreatus, est legitimus & idoneus ad Ordines. Atqui talis filius est procreatus ex legitimo thoro: etenim Votum solenne castitatis, quantumvis emittatur post matrimonium consummatum, non solvit vinculum conjugii, nec aufert jus & proprietatem quoad thorum & munus conjugale, ut recte notavit Panormitan. ad cap. literas 14. de Filiis Presby. n. 4. Ergo &c. Ratio negandi eruitur ex cit. cap. literas 14. ubi filius, post Sacerdotium patris ex uxore legitima genitus, dispensative solum ad Ordines admittitur: quod signum est perspicuum, de Jure communi similes filios ad Ordines reputari inhabiles.
- 38 In hoc dubio dicendum, natum ex conjugibus, quorum alter vel uterque ligatus est

Voto solenni, censei quidem legitimum Civilem & politicè, respectu successione hereditarie & aliorum jurium temporalium; non autem Canonicè respectu Ordinum & beneficiorum. Ita Gonzalez ad cit. cap. literas 14. num. 3. P. König ad eund. tit. n. 6. P. Schmalzgrueber *ibid.* n. 4. P. Wiestner ad tit. *Qui filii sint legit. num.* 24. Ratio discriminis est: quia Jus Civile in legitimitate liberorum precipue considerat justas nuptias, quas superveniens Votum solenne non vitiat aut inficit ex num. 36. Jus Canonicum vero non tantum attendit justas nuptias, sed etiam incontinentiam paternam, quæ juxta cit. cap. *de filiis modis omnibus est propellenda*: adeoque cum in casu nostro de incontinentia paterna conficit, filius exinde progenitus repellitur ab Ordinibus & beneficio.

Cætera dubia, quæ de legitimitate liberorum moveri solent, discutiantur in loco proprio in lib. IV. tract. 2. de Matrim. Interim sufficiat indicasse, omnes illegitimos Ordinum & beneficiorum incapaces esse; & si de facto ordinentur, aut promoventur ad beneficia, Ordinum collationem quidem (sed absque executione) valere P. Wiestner ad tit. *de Filiis Presby.* n. 6. promotionem autem ad beneficia profusa invalidam esse, ut patet ex tract. *de Mod. acquir. Pralat.* cap. 1. num. 267.

§. II.

Quomodo per Religiosam Professionem tollatur impedimentum illegitimitatis?

- 42 Impedimentum illegitimitatis tollitur primò Religiosa professione: cum enim, utpote sententia efficitur Imperator Justinianus in prefat. ad Nov. 5. *conversacionis Monachalis vita sic honesta sit, si que commendare noverit DEO ad hoc venientem hominem, ut omnem quidem humanam ejus maculam detergat, purum autem declaret, ac rationabili nature decorem, & plurima secundum mentem operantem, & humanis mentibus cessantem*: hinc professio Religiosa maculam quoque natalium absterget, & illegitimos ad Ordines habitare potest cap. *presbyterorum* 1. Dist. 56. cap. *ut filii* 1. *de filiis Presbyterorum*.
- 43 Dixi: Religiosa; quæ hunc valorem etiam habet apud PP. Societatis JESU, conformiter Bullæ Gregorianæ, quæ incipit *ascendentes*.
- 44 Domino de anno 1584. edita. Solutamen ingressus in Novitium eò favore & valore non gaudet, sicut contra Rodriguez no. 1. Reg. q. 13. art. 4. adstruunt P. Pirhing ad cit. tit. *de Filiis Presby.* n. 6. P. Wiestner *ib.* n. 12. P. Schmalzgrueber *ibid.* n. 8. & alii plerique.
- 45 Ratio est: tum quia in cit. cap. *Presbyterorum* 1. Dist. 56. aperte requiritur, ut illegitimi in comobis aut in canoniis religiosis probati fuerint conversati, hoc est, præcedente probatione seu Novitiati vitam Religiosam professi: tum quia in cit. cap. *ut filii* 1. *de Fil. Presby.* æquè dilucidè statuitur, ut *Monachisiant*; quæ verba, ut verificentur, debent accipi cum effectu, seu inclusione professionis, cujus intuitu privilegium legitimitatis concessum intelligitur
- per cap. *quia ingredienti* 7. cap. *si qua mulier* 9. in pr. XIX. q. 3. *Auth. ingressi* Cod. de SS. Eccles. Nec opponas: in eodem cap. *ut filii* sub disjunctioe constitui, ut liberi fornicarii aut Monachisiant, vel in Congregatione Canoniorum regulariter vivant; eamque constitutionem, cum favorabilis sit, latius accipiendam, atque ad Novitios, qui etiam vivunt regulariter, extendendam esse. Nam, ut probè le-48 genti textum innotesceat, hæc constitutio disjunctiva eum duntaxat in finem ponitur, ut Monachi & Canonici Regulares simul comprehendantur, non etiam, ut includantur Novitii: hi namque, licet regulariter vivant, non vivunt tamen stabili ter & perpetuo, cum emissionem Votorum solennium. Cætero-49 quia frans evenire possent, ac Novitios eà tantum intentione Monasterium ingredi, ut, acquisita legitimatione, mox regrediantur.
- Dices: fraudis hujus periculum non esse, quòd Novitii, regredientes ad sæculum, rursus in irregularitatem incidant: quemadmodum & alii jam professi, postquam ex Ordine vel Monasterio dimittantur, aut eiciuntur, in pristina irregularitatem relabuntur: cum, cessante causa, cesset effectus cap. *cum cessant* 60. *de Appellat.*
- Resp. hæc gratis & absque sufficienti fundamento dici: nam irregularitas, per professionem semel ablata, non amplius reviviscit, esto quis ex Ordine vel Monasterio dimittatur, aut eiciatur, uti cum Suarez & Sanchez docent

docent Antonell. de Regim. Eccles. sacul. lib. 2. cap. 2. n. 16. Barbosa ad cit. cap. *ut filii* num. 2. P. Pirhing. *od.* tit. n. 6. Clariff. P. Schmalzgrueber n. 7. Ratio est: quia stabilitas & perseverantia in Monasterio est quidem causa sublatæ irregularitatis, quatenus firmiter a proficiente intenditur; non autem quatenus actu continuatur & observatur: nam ipsæ actus professionis, serio emissa, meretur specialem Juris prærogativam, tamen professus postmodum sacrilegii reus efficiatur.

- Intèrim illegitimitas, quæ aboletur per Religiosam professionem, solum tantum Ordinationi non obest; impedimentum nihilominus ponit electioni vel promotioni ad Prælaturas Ecclesiasticas, tam respectu virorum, quam respectu monialium per textum in cit. cap. *ut filii* 1. in verb. *prælatio* vero nullatenus habentur, & dicta in tract. *de Mod. acquir. Pralat.* cap. 1. n. 755. Incertum verò & dubium est, utrum illegitimi per Professionem saltem legitimentur ad alia beneficia Ecclesiastica, curata, & non curata? Negat absolute Suarez apud P. Wiestner ad cit. tit. n. 14. eique quoad beneficia curata subscribit Abbas in cit. cap. n. 6. Fagnanus *ibid.* n. 20. Pirhing ad d. 1. cap. n. 7. Quibus suffragatur textus in cap. *ut d. 1. ubi filii Sacerdotum & alii non legitime nati ad dignitatem, personatum, & alia beneficia, curam animarum habentia, sine dispensatione promovendi videntur*. Cui generali definitioni tantò fortius parere tenentur Religiosi, quòd in cit. cap. *ut filii* tantum habitentur ad Sacros Ordines, non autem ad beneficia. Hanc sententiam in praxi receptam, & tenendam fadent P. Wiestner cit. l. num. 15. à Jure tamen non censet alienam sententiam Castropalæ, sim-

pliciter Religiosos ad beneficia sicut Prælatura admittentis. Ratio est: quia in cit. cap. *ut filii* Religiosi, per professionem ad SS. Ordines habilitati, solum excluduntur à Prælaturis. Ergo ad cætera beneficia tacite judicantur idonei: eò quòd exceptio firmet regulam in casibus, non exceptis arg. l. *cum prior* 12. in pr. ff. *de Judic. l. quæ situm* 2. §. 4. ff. *nam qui ff. de Instru. vel Instrum. leg.*

Posteriori sententiæ accedendum puto, & sicut textum in cit. cap. *ut filii*. Resp. illum loqui de Clericis Sæcularibus, quibus nec sacra professio, nec modus alius, quò defectus natalium purgari solet, patrocinatur: per hos enim, cum macula natalitatis adhuc sordescant, Ecclesia deservitur beneficiis, ut innuitur in eod. cap. *ut filii* in pr. Nec officit, quòd in cit. cap. *ut filii* sola mentio fiat de Ordinibus: jam enim in num. 57. subjeci, tacitam saltem mentionem de beneficiis fieri, quatenus solum Prælaturæ excipiuntur, & sic beneficia cætera non excepta supponuntur.

Quæres: an filius illegitimus possit ingredi Religionem vel Monasterium, in quo pater ipsius professionem emisit, & adhuc vivit?

Ad hoc quæsitum respond. Clariff. P. Obermayr in *quæst. canon. de Nat. def. q. 4. num. 46.* extare constitutionem Gregorii XIV. quæ incipit: *circumspecta*, ac prohibet, ne talis admisso concedatur. Ratio est: quia specialis indecencia videtur, ut filius illegitimus cum suo patre ad eandem Religionem vel Monasterium assumatur: exemplum enim incontinentiæ paternæ continuò representatur oculis, nec tam aliis, quam ipsimet patri & filio, notam generat.

§. III.

Qualiter per Legitimationem tollatur impedimentum illegitimitatis?

- Secundò tollitur impedimentum illegitimitatis per legitimationem, quæ principaliter est duplex, una per matrimonium, altera per rescriptum Principis. Et quidem de legitimatione per matrimonium (de qua plura in lib. 4. tract. 2.) indubitatè est, eam prorsus abolere defectum Natalium, & facere, ut filius sic legitime admittatur ad Ordines, beneficia, dignitates, & Prælaturas Ecclesiasticas. Antonell. de Regim. Eccles. sac. d. lib. 2. cap. 2. n. 11. eò quòd in cap. *tantum* 6. *Qui filii sint legit. liberi*, per subsequens matrimonium legitimi, per omnia aequiparentur legitime natis. Et quamvis de Episcopatu plene non consentiat Fachinus lib. 4. *controver. cap. 54. dum in cap. cum in cunctis* 7. in pr. *de Elect.* in Episcopo requiritur, ut de legitimo matrimonio sit natus; et tamen nec iple meretur assensum: quandoquidem per cit. cap. *tantum* est vis per juris fictionem matrimonium evadit legitimum, quod contrahitur à personis, quibus antecederet per congressum extramatrimoniale filius illegitimus est conceptus, P. König ad d. tit. *qui filii sint legit. n. 29.* Excipitur

sola Dignitas Cardinalitatis, à qua legitimatus per subsequens matrimonium peculiari constitutione, quæ incipit: *postquam*, removet Sixtus V. anno 1586.

Quòd concernit legitimationem per rescriptum Principis, videndum est, an ille sit Ecclesiasticus, puta S. Pontifex; an Sæcularis, nimirum Imperator aut Rex. Primò casu legitimatus est capax Ordinum & beneficiorum Ecclesiasticorum: etenim S. Pontifex habet dubiè illegitimos ad Ordines & beneficia habiles efficere; & si rescriptum legitimationis concedat, id ipsum efficiat esse censetur. At ubi concurre voluntas & potestas legitimandi, consequitur necessariò legitimationis effectus. Ergo &c. Quòd si tamen in lege, fundatione, vel statuto specialiter requiratur, ut promovendus ad beneficium vel dignitatem Ecclesiasticam sit legitime natus, veluti requiritur in promovendis ad Episcopatum d. cap. *cum in cunctis* in pr. *de Elect. legitumatum* per rescriptum S. Pontificis non admitti, concludit P. König ad cit. tit. *Qui filii sint legit. n. 41.*

69 Altero casu legitimitas remanet inhabilis ad Ordines & beneficia Ecclesiastica. Panor. mit. ad cap. per venerabilem 13. Qui filii sunt legit. num. 26. P. Engel ad tit. de Filiis Presby. num. 10. Ratio est: quia effectus illegitimitatis naturalium, quos induxit Jus Ecclesiasticum, nemo potest tollere, nisi qui est supra Jus Ecclesiasticum. Atqui Imperator vel alii Reges non sunt supra Jus Ecclesiasticum, ut potest cum laici sint, & Ecclesie subditi, ipsosque maneat necessitas obsequendi, non auctoritas imperandi. Ergo effectus illegitimitatis naturalium, quos induxit Jus Ecclesiasticum, tollere non possunt: sique verum est, quod scribit Nicolaus Papa in cap. lege Imperatorum 1. Dist. 10. Imperialis Judicium Ecclesiastica Jura dissolvi non possit.

70 Confirmatur: quia legitimatio, facta in uno Regno, non extenditur ad aliud regnum, ut bene demonstrat Fachin. lib. 3. Contr. cap. 18. Ergo etiam legitimatio, facta ab Imperatore in Romano Imperio, non extenditur ad Regnum Ecclesie.

71 Obijcies: irregularitas, quae provenit ex servitute, per manusmissionem domini solvitur in utroque foro, tam Ecclesiastico, quam

Saeculari. Ergo etiam irregularitas, quae provenit ex vitio natalium, per rescriptum Principis Saecularis solvitur in utroque foro, Ecclesiastico & Saeculari.

Resp. negandò conseq. Disparitas est: quia irregularitas ex servitute non est absoluta, sed respectiva tantum, quatenus concernit praedictum domini: & ideo, si dominus per servi manusmissionem velit cedere juri suo, irregularitas evanescit. At irregularitas ex vitio natalium est absoluta, nec cessat in foro Ecclesiastico, nisi Supremus Princeps Ecclesie consensum præbeat.

Instabis: hòc ipsò, quòd Princeps Saecularis per rescriptum gratia abstergat maculam natalium, cessare rationem, ob quam illegitimi de Jure Canonico judicantur inhabiles ad Ordines & beneficia.

Resp. rationem illam cessare solum in illo foro, in quo macula natalium est absterisa, id est, in foro Saeculari: ac in foro Ecclesiastico necdum est absterisa natalium macula: ut potest cum S. Pontifex, cujus auctoritate irregularitas ob natales illegitimos fuit introducta, necdum dederit assensum. Ergo non cessat ratio.

§. IV. Qualiter per dispensationem tollatur impedimentum illegitimitatis?

72 Tertio impedimentum illegitimitatis tollitur per dispensationem Superioris Ecclesiastici: quae principaliter à legitimatone per rescriptum differt in eo, quòd ista totaliter & radicaliter tollat irregularitatem quoad omnes effectus: illa è diametro solvat irregularitatem tantum partialiter, & quoad effectus, in literis dispensationis expressis. Covarruv. de Sponsalib. & Matrim. p. 2. cap. 8. §. 8. num. 1. Lotter de Re Beneficior. lib. 2. quaest. 48. num. 118. & seqq.

76 Dispensat autem cum illegitimis S. Pontifex tam ad Ordines, quam ad beneficia quacunque: quamquam enim in Jure Divino Veteris Testamenti Deuter. 23. 7. 2. statutum invenitur: non ingredietur manus, hoc est, de sorte natus, in Ecclesiam Domini usque ad decimam generationem: adeoque concludendum videatur, quòd S. Pontifex dispensare non valeat: attamen, cum Lex illa Veteris Testamenti non fuerit moralis, sed caeremonialis aut judicialis: imò, ut docent Interpretes apud P. Obermayr de Nat. def. q. 4. cap. 2. n. 17. de dignitatibus solum temporalibus in Republica Hebraeorum disposuerit: hinc vim obligandi non habet in Testamento Novo, sed, sicut illegitimitas spontaneè fuit à Summis Pontificibus pro impedimento Ordinum assumpta: sic spontaneè rursus abrogari potest, vel in totum, vel ex parte.

79 Episcopus potestatem dispensandi non habet, nisi ad Ordines Minores & beneficia simplicia cap. is qui 1. in pr. de Filiis Presby. in 6. quorum nomine Canonicatus Ecclesiarum Cathedralium solum Concilium Tridentinum,

Ordinem Sacrum in Canonicis talium Ecclesiarum requirens in sess. 24. de ref. cap. 12. non contineri, docet Lotter d. q. 48. n. 154. & seqq. allegans in n. 155. decisionem Rota; P. Wiestner ad cit. tit. n. 22. Contingit autem Canonicatus Ecclesiarum Collegiarum, nisi ex statuto vel consuetudine requirant Ordinem Sacrum, ut tradit Antonell. de Reg. Eccles. Episcop. l. 2. cap. 2. n. 4. Ad beneficia curata tum demum dispensat Episcopus, si beneficio simpliciter accessorie sint unita: eò quòd accessorium sequatur naturam sui principalis. Barbosa de Off. & pos. Episcop. d. leg. 45. num. 24.

Disceptari video: num Episcopus cum illegitimis absolute dispensare possit, quando illegitimitas est occulta? Rationem disceptandi movet Concilium Trid. sess. 24. cap. 6. ubi Episcopis datur potestas dispensandi in omnibus censuris & irregularitatibus, ex delicto occulto (exceptò homicidio voluntario) provenientibus. Unde, cum etiam illegitimitas oriatur ex occulto delicto, non quidem liberorum, sed parentum, satis probabiliter potestatem dispensandi Episcopo concedi posse, cum Avila in tract. de censur. p. 7. disp. 3. dub. 7. & Diana p. 3. tract. 1. miscell. resol. 2. 1. asserunt Barbosa J. E. l. 1. cap. 11. num. 156. & P. Engel ad tit. de Fil. Presbyteror. n. 9. Alii verò hanc potestatem negant Episcopo: partim quia delictum, quòd propria culpa quis non committit, verum delictum non est: partim quia irregularitas illegitimitas natiuitatis magis contrahitur ob notam & indecentiam, quam ob delictum, ut patet in casu, quòd personæ

sonæ solutæ, ac rationis usu destituta, sine peccato congregiuntur. Ita Plasc. in praxi Episcop. p. 1. cap. 1. n. 56. Clariss. P. Schmalzgrueber ad tit. de Filiis Presby. sub n. 11. & alii, quos citat & probat Antonell. cit. cap. 2. n. 9.

86 Ego libentius in priorem sententiam concedo, ex ea ratione, quòd cit. constitutio Conciliaris, tanquam favorabilis, sit amplianda, nec tantum ad delictum proprium coarctanda: ceteroquin enim hoc absurdum eveniret, quòd melioris conditionis sint, qui per delictum proprium seipso reddunt irregulares, ac qui per alienam culpam eòdem impedimento innodantur. Unde, quod in num. 84. dictum est, delictum alienum non esse delictum verum, non impedit: quia, ut mox adverti, memorata constitutio est favorabilis & largè explicanda, præsertim ut absurditas evitetur. Quòd additum est in num. 85. irregularitatem istam ob delictum non contrahi: simpliciter negatur: siquidem si concubitus extra matrimonium non esset veritus, nulla in liberos nota vel indecentia, propter quam repelli deberent à ministeriis & beneficiis Ecclesiasticis, redundaret. Et licet personæ solutæ, ac rationis usu destituta, per congressum extra matrimonium non peccent formaliter, peccant tamen materialiter, dum actus ex se & natura sua est interdictus. Idque sufficit, ad irregularitatem in liberos, ex tali congressu susceptos, transfundendam.

90 Porò quantumvis potestas dispensandi in irregularitate ex dictis sit favorabilis; ipsa tamen dispensatio censetur esse odiosa, ideoque, quantum fieri potest, restringenda per cap. is qui 1. §. ille vero de Filiis Presby. in 6. Ex quo deducitur, dispensatum ad Ordines, tantum ad Minores, non item ad Majores, dispensationem reputari. Barbosa de Off. & pos. Episc. alleg. 45. num. 4. Quemadmodum etiam dispensatus ad beneficium, non censetur esse dispensatus ad curatum per cap. quamvis 4. de Prabend. in 6. Eadem est ratio de dignitatibus, personatibus, & Canonicatibus Ecclesie Cathedralis, ad quos illegitimus, qui dispensationem ad beneficia simpliciter obtinuit, non admittitur. Barbosa cit. l. n. 7. & seqq. P. Engel cit. l. n. 7. P. Schmalzgrueber ibid. num. 14.

An dispensatus ad Ordines, censetur esse dispensatus ad beneficia? Res ambigua est, in qua cum P. Engel cit. l. num. 8. P. Pirhing ad cit. tit. n. 22. P. Wiestner ibid. n. 26. sentio, quòd, si dispensatio concessa fuerit ad Ordines Majores, ad beneficium simplex quoque videatur concessa. Ratio est: quia, non obstante, quòd dispensatio sit stricti juris, attamen juxta verosimilem dispensantis & supplicantis mentem exponi debet. At ubi conceditur & petitur dispensatio ad Ordines Majores, mens dispensantis & supplicantis est, ut simul dispensetur ad consequendum beneficium simplex: dum juxta SS. Canones nemo promoveri debet ad Ordines Sacros, qui beneficium non habet, ut constat ex cap. 3. d. num. 125. Accedit, quòd ipsemet Pontifex in cap. proposuit 6. de Fil. Presbyter. fateatur, indignum esse, ut, postquam aliquis est in Subdiaconum ordinatus, omnino debeat Ecclesiastici beneficii provisione carere: ne scilicet cum dedecore status Clericalis ex mendacitate vel officio incompetenti victum quaerere cogatur. Ergo ipsemet Pontifex agnoscat, dispensationem ad Ordines Majores secum trahere dispensationem ad beneficium simplex. Præterea cum Episcopus Clerico illegitimo, Minoribus Ordinibus initiato, possit conferre beneficium simplex cap. is qui 1. in pr. d. t. in 6. cur non possit Clerico illegitimo, ad Majores Ordines dispensato, simile beneficium conferre?

Nec turbat cap. ad presentiam 2. X. d. t. quia loquitur de dispensatione, subreptitè imperatà; qualis dispensatio ex dictis in tract. de Jure Leg. cap. 8. à num. 83. non habet vigorem.

Aliud dicendum in dispensatione ad Ordines Minores: isti siquidem, cum titulum beneficii de necessitate non exigant, dispensationis extensionem ad beneficium ex verosimili dispensantis & supplicantis mente non inferunt. Aa. antea citati.

Quòd Prelati singulorum Ordinum Religiosorum cum professis illegitimis ad Prælaturas, in suo Ordine capeffendas, dispensare valeant, à Gregorio XIV. in Bulla, quae incipit: circumspicere &c. concessum esse, testatur Antonell. de Regim. Eccles. l. 2. cap. 7. num. 14.

§. V.

Quænam specialia sint in Jure constituta circa filios Presbyterorum?

101 Circa filios Presbyterorum, & aliorum Clericorum Majorum, tum legitimis, hoc est, ante Sacerdotii vel Majorum Ordinum susceptionem genitos, tum illegitimis, quoad beneficia Ecclesiastica quædam specialia sunt constituta. Nempe de illegitimis SS. Canones decreverunt, ut, licet dispensationem super natalium defectu obtinuerint, beneficium tamen, officium, aut ministerium Ecclesiasticum in Ecclesia, in qua pater ipsorum quocunque beneficium habuit, non obtineant, & si aliquod obtinuerint, eò priventur. P. SCHMIDT JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

Textus in cit. cap. ad presentiam 2. cap. præsentium 3. cap. conquirentem 4. cap. cum decorem 15. cap. ad abolendam 16. de Filiis Presby. Rationem pandit Concil. Trid. sess. 25. de Reformat. cap. 15. ut patere incontinencia memoria à locis, DEO consecratis, quos maxime puritas sanctitatisque docet, longissime arceatur. Itaque filius illegitimus non tantum verum beneficium in Ecclesia, in qua pater ipse beneficium, ministerium, aut aliam functionem habuit, conferre non potest, sed neque ministerium, aut aliam functionem v. g. Sacristæ, Cantoris &c. M m m adipi.

adipisci per *cit. textus*, præcipuè Conc. Trid. Barbofa de *Off. & pot. Episc. alleg. 65. num. 20.* P. Engel ad *tit. de Filiis Presbyr. n. 2.* P. Wiestner *ibid. n. 30.* P. Reiffensuel *n. 31.* Quod ipsium de nepotibus, ex illegitimo Sacerdotis filio legitime natis, procedere, statuit P. Engel *d. l. num. 4.* cã per motum ratione, quòd Concil. Trid. *d. l.* memoriam incontinentiã paternã quã longissimè removere voluerit à locis consecratis; sicque non tantùm illegitimos filios, sed etiam legitimos eorum nepotes repellere per *Liberorum 220. in princ. ff. de P. S.*

105 Diffidentur verò P. Pithing ad *cit. tit. num. 52.* P. Wiestner *num. 31.* P. Schmalzgrueber *num. 23.* nec admittunt, ut constitutio, filiorum exclusiva, tanquã pœnalis & odiosa, porrigatur ad nepotes, in eadem constitucione nominatim non comprehensos. At *cit. P. Engel* non sine fundamento negat, hanc constitutionem esse pœnalem: utpote cum principaliter emanaverit ob decentiam & honestatem, locis sacris congruentem. Si tamen sententia, quæ favet nepotibus, à Sacra Congreg. Concilii sit decisã, prout ex Garcia testatur P. Reiffensuel *cit. tit. n. 32. prop. fin.*

108 eadem hæud dubiè acquiescendum erit. Sanè quòd pater filii spurii possit in Ecclesia, ubi filius beneficium habuit, post ejus mortem vel resignationem, beneficium quoddam adipisci, ab eadem Congregatione decisum refert P. Schmalzgrueber *d. l. n. 19. in fin.* quia scilicet dispositio, quæ concernit filium, non extenditur ad patrem: utpote cum filius, qui est patris imago, illius mores & vitia expressius repræsentet, quã pater mores & vitia sui filii.

109 De filiis legitimis (per quos Lotter de *Re Benefic. cit. lib. 2. quest. 48. n. 186.* etiam adoptivos intelligit) Presbyterorum & Clericorum Majorum dispositum invenimus, quòd beneficiorum quidem in Ecclesia, in qua patres ipsorum ministrarunt, incapaces non sũt *cap. ad hæc 12. de Fil. Presbyr.* beneficia tamen, quæ patres ipsorum in titulum habuerunt, immediate possidere nequeant. Textus in *cap. ad extirpandos 11. cap. Michæl 12. cap. dilectus 17. d. r.* Concil. Trid. *d. sess. 25. de Reformation. cap. 7.* ubi ratio assignatur, ne in Ecclesiam DEI invehatur species *successionis hereditariæ, quæ in beneficiis Ecclesiasticis Sacris constitutionibus odiosa, & Patrum decretis est contraria.*

111 Mediatè verò, si nempe post obitum aut decessum patris alius quidam successerit, filii non prohibentur, ad beneficium paternum admitti *cap. ex transmissis 7. d. 1.* quoniam deficit hic imago successiois hereditariæ, dum filius non tam patri quã ejus successori succedere videtur.

112 videtur. Quin etiam potest filius immediate patri succedere, quando is beneficium habuit, non in titulum, sed ad nucum & libitum alterius. tanquã provisor, administrator. aut vicarius temporalis *cap. confisus. 8. d. 1.* deficit enim in hoc etiam casu figura successiois hereditariæ: quia pater jus in beneficio nunquã habuit.

Quæri hic solet I. an, quod sanctum est de filiis, verificetur etiam de patre, fratribus, aut nepotibus, ut nec ipsi possint aspirare ad beneficium, quod filius, frater, aut avus ipsorum immediate possedit? De fratribus, & ceteris collateralibus ab omnibus ferè respondetur, quòd illi non removeantur à talibus beneficiis per *cap. ex parte 12. de Off. & pot. Judic. deleg. cap. non sine 2. de Arbitr.* Gonzalez ad *cap. dilectus 17. de Filiis Presbyr. n. 15.* Collaterales namque tantam inter se propinquitatem non habent, quantam ascendentes & descendentes; nec tanta cum necessitate defertur illis hæreditas, quantã defertur istis. De patre quoque responsum esse à Sacra Congreg. perhibet Reiffensuel *cit. l. n. 39.* quòd immediate suo filio possit in beneficio succedere; tenentque Barbofa *d. alleg. 65. n. 17.* Gonzalez *cit. l. n. 10.* Engel *cit. l. n. 3.* Nam 16 etlo parentes aliàs succedant liberis, succedunt tamen irregulariter, ac turbatò mortalitatis ordine: unde à successione in beneficio nupiam exclusi reperiuntur.

Tota igitur questio movetur de nepotibus, quos pariter non exclusos arbitrantur Joannes Andreas, Ancharanus, & Azor, quos citat & sequitur Gonzalez *d. l. num. 15.* quia scilicet nepotes, cum nullibi expressim à successione deturbentur, in materia odiosa filiorum nomine haud continentur *arg. l. Lego Julia 44. §. 1. & 2. ff. de R. N.* Verum rectius distinguunt P. Engel *cit. l. P. Reiffensuel d. l. n. 40.* Zoësius ad *d. tit. de Filiis Presbyr. n. 10.* Clariss. P. Schmalzgrueber *ibid. n. 21.* an pater nepotis adhuc vivat, an jam decesserit. Priore casu nepos in beneficio avito potest succedere; non item in posteriore. Ratio diversitatis est: quia, dum pater nepotis vivit, is non est hæres suus, nec jure successiois gaudet: at, ubi pater est mortuus, fit hæres suus ac jure successiois potitur *§. sui autem 2. Inst. de Hæred. qual. & Diff.* Igitur in casu priore species successiois hæreditariæ non tam vivaciter & exactè refertur, sicut in casu posteriore.

Quæri solet II. an nepos immediate succedere possit avo, qui ex filio avillegitimo legitime procreatus est? Resp. quòd, si filius legitimatus non fuerit, nepos immediate succedere possit avo; quò sensu declarationem S. Congregationis, quam ex Garcia citat P. Schmalzgrueber *cit. l. n. 22.* intelligo. Ratio est: quia nepos in tali eventu non habet jus avo succedendi: utpote cum deficiat medium, per quod in numerum liberorum, ex avo legitime descendendum, referri queat. At, si filius legitimatus fuerit, repeto distinctionem, antecesserit datam cum *cit. P. Schmalzgrueber:* cum, ut patebit examinatis, utrobique versetur idem casus & ratio.

Quæri solet III. quis cum filiis Presbyterorum ad beneficia, in Ecclesia patris obtinenda, dispenset? Resp. de Jure solum Pontificem dispenfare, veluti

veluti de beneficiis, immediate obtinendis à filiis Presbyterorum legitimis, decisum extat in *cap. dilectus 17. in fin. de Filiis Presbyr.* ibi: non obstante aliqua dispensatione, quæ à Sede Apostolica non emanaverit. De aliis autem ostendit

ratio, quòd prohibitionem Canonica, in textibus in *num. 102.* expressam, non possit alius solvere, ac qui supra jus est per *Clem. Romani 2. de Elect.* Petrus de Murga in *trac. de Benefic. quest. 3. n. 612.*

SECTIO II.
De Bigamia.

SUMMARI A.

125. Describitur Bigamia. 126. Est reiteratio matrimonii. 127. & seqq. Afficiens non tantum fideles, sed etiam infideles pro tempore fidelitatis. 134. Aque ab Ordinibus repellent. 135. & seqq. Originem trahit ex *Fere Ecclesiastico. 138.* Clericus in Minoribus, si fiat bigamus, omni privilegio Clericali privatur. 139. Describitur vera bigamia. 140. Requirit duplex matrimonium. 141. Validum. 142. Et afflu maritali consummatum. 143. & seqq. Verè bigamus non est, qui extra matrimonium constitutus cum una vel pluribus sapius est fornicatus. 147. & seqq. Respondetur ad rationem dubitandi. 150. & seq. Idem assertur de eo, qui ante, post, vel in matrimonio cum pluribus carnaliter est commixtus. 152. Describitur bigamia interpretativa. 153. & seq. Talis est, si quis contrahat unum vel duo matrimonia invalida. 155. & seq. Idem est, si matrimonium contrahat cum vidua vel corrupta ab alio. 157. Etiam invalida. 158. Et ignoranter. 159. & seqq. Non

autem, si ducat illam, quam ipsemet corrupit. 162. & seq. Item si quis accedat ad uxorem suam, quæ cum alio commisit adulterium. 164. & seqq. Qui ducit virginem, quam putat corruptam, non fit irregularis. 167. & seqq. Si matrimonium licet, quòd nullum est defectu consensus, irregularis non efficitur. 171. & seq. Bigamia similitudinaria describitur. 173. & seqq. Si Clericus in majoribus aut Religiosus non contrahat & consummet cum unica & virgine, non fit irregularis similitudinaria. 177. & seq. Nunquam etiam amittit privilegium Clericale. 179. & seqq. In omni bigamia dispensat S. Pontifex. 182. & seq. Episcopus dispensat in similitudinaria. 184. Non autem in alia. 185. & seqq. Ne quidem ad Ordines Minores. 192. & seqq. Nisi descendat ex crimine occulto. 194. & seqq. Val alius si occulto. 198. Prelati Regulares ferè possunt, quod Episcopi. 199. & seqq. Adstruitur pana Ordinantium, & ordinatorum bigamorum.

§. I.

Quid sit Bigamia?

125. Secundum impedimentum, & altera species irregularitatis est Bigamia, seu Digamia, quæ communitur describitur, quòd fit reiteratio matrimonii, factas, ut quis ad Ordines promovetur non possit.

126. Dixi I. reiteratio matrimonii. Quamvis enim nemini sit prohibitum, reiterare matrimonium, & uxore mortuã, ducere aliam; illa tamen matrimonii reiteratio causat impedimentum, quòd bigamum ab Ordinum susceptione repellit, ex ratione, in *num. 133.* referenda.

127. Dixi II. faciens, ut quis. Ubi non distinguitur, si quis fidelis, aut infidelis: nam etiam, qui duas uxores aut unam duxit in infidelitate, & alteram post conversionem ad fidem, censetur esse bigamus & irregularis, non ex tunc, seu pro tempore infidelitatis; sed ex nunc, seu pro tempore fidelitatis, uti ad mentem D. Augustini in *cap. actus 2. Dist. 26.* decidit Innocentius Papa in *cap. deinde 3. ead. Dist.* Cujus ratio est: quia in infidelibus bigamis, ad fidem conversis, æquè ac in fidelibus, occurrit ratio, propter quam impedimentum bigamiæ fuit statutum. Eapropter non minus infideles pro tempore fidelitatis, quã fideles, sunt irregulares, & Ordinum incapaces.

Nec obest I. quòd, qui commisit homicidium ante baptismum, non fiat irregularis, possitque ad Ordines, post baptismum, promoveri per *cap. si quis viduam 8. Dist. 50. cap. si quis post 4. Dist. 51.* quia nimirum irregularitas ex homicidio nititur solã Juris humani auctoritate. Enimverò ad irregularitatem ex bigamia, quæ & ipsa nititur solã humani Juris auctoritate, exinde non licet argumentari: quia prior irregularitas oritur ex delicto, quòd est aliquid transiens, ac baptismi lavacro purgatur; posterior autem proveit ex defectu significationis, qui est aliquid permanens, sacerdotè fonte non abstergitur *cap. si quis viduam 13. Dist. 24.*

Nec obest II. quòd in *can. 16. Apostol. & cap. 131 maritum 1. Dist. 33.* bigamia dicatur contrahit, quando post baptismum duo contrahuntur matrimonia. Resp. enim, argumentum à sensu contrario in præsentem non stringere, quasi videlicet duplex matrimonium, contractum ante baptismum, non causet irregularitatem: cum Juris sanctio tam aperta stet in oppositum. Imò dùm matrimonium, ante baptismum initum, adhuc perseveret, virtualiter post baptismum, quatenus defectus significationis Sacramentalis perseverat; non incongruè dicitur, quòd virtualiter sint

duo matrimonia contracta post baptismum, quando formaliter sunt ante baptismum contracta.

133 Dixi III. ab Ordinum susceptione repellit. Ratio, quae movit Ecclesiam ad bigamos, ab Ordinum susceptione repellendos, est defectus significationis Sacramentalis. Cum enim matrimonium sit institutum ad representandam conjunctionem Christi cum Ecclesia per humane carnis assumptionem, juxta illud Apostoli ad Ephes. 5. 8. 3. 2. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo & Ecclesia; conjunctione autem Christi cum Ecclesia sit unius

134 cum unica & immaculata Sponsa: profecto haec representatio & significatio cessat in bigamo, qui carnem suam divisit in plures, ac duas uxores, aut viduam, vel ab alio corruptam duxit. Textus in d. cap. acutus 2. Dist. 26. cap. debitum 5. de Bigam. non ordinand.

135 Dixi repetitum, irregularitatem ex bigamia Juris humani auctoritate sancitam esse. Tamen enim Torrianus & Socinus, quos nominat Gonzalez ad cit. cap. debitum n. 7. existimaverint, eam ex Jure Divino suam originem traxisse, propter textum Apostoli 1. ad

Quandonom contrahatur vera Bigamia?

139 Bigamia triplex est, vera, interpretativa, & similitudinaria. Vera dicitur, quando quis duo successive matrimonia valide contrahit cum duabus, & consummat. Tria itaque requiruntur ad veram bigamiam. I. duplex matrimonium: sponsalia siquidem, cum tantum operentur conjunctionem animorum, bigamiam non causant, etiam si cum pluribus ineanitur, habita quoque carnali copula, sine affectu maritali arg. cap. fraternitatis 7. Dist. 34. cap. quia circa 6. de Bigam. non Ordinand.

141 II. matrimonium valide contractum cum duabus: invalidè si contrahatur, saltem ex defectu consensùs, vera bigamia non surgit: deficit enim affectus maritalis, qui, ut liquet ex citatis textibus, praecipue spectatur in bigamia. Clariss. P. Schmalzgrueber

142 cit. l. n. 2. III. utriusque matrimonii consummatio: quae deficiente, non potest dici, quòd caro verè divisa fuerit in plures: sicque non deficit ratio significationis Sacramentalis arg. cap. ult. Dist. 34. & cap. debitum 5. de Bigam. non Ordinand. Antonell. de Reg. Eccles. Episcop. lib. 2. cap. 9. n. 2. 3. & 5. P. König ad cit. cit. num. 3.

143 Dubitatur autem I. an efficiatur bigamus & irregularis, qui, extra matrimonium constitutus, cum una vel pluribus saepius est fornicatus? Ratio dubitandi est: quia, si copula conjugal, cum duabus uxoris licite exercita, pariat irregularitatem bigamiae; utique etiam copula fornicaria, cum pluribus illicitè exercita, pariet irregularitatem: alioquin jura fove re censentur improbatos

144 coitus, quam commercium conjugale. Accedunt textus in cap. maritum 2. Dist. 33. ubi

Timoth. 3. ibi: oportet Episcopum unius uxoris virum esse; & : Diaconi sint unius uxoris viri: nihilominus opinionem nostram idem Gonz. 136 certè appellat, atque à Theologis & Canonistis comprobata: quia non quavis sanctio Apostolorum est sanctio Divina; tuncque solum à DEO quid statutum esse colligitur, quando Apostolus hac vel simili loquendi formula utitur: Dominus ordinavit; aut, non ego praecipio, sed Dominus &c. ut notavi in tract. de Jure Leg. cap. 3. n. 51. Cum autem in 137

citatis locis Apostolus simili formulâ non utatur, nec aliunde ex S. Scriptura fundamentum hujus irregularitatis eruatur: credendum est, illam ab Apostolis, quatenus erant Praelati & Legislatores Ecclesiarum, ordinatam esse, sicuti constat ex can. 16. Apostolorum.

Petes: quid Juris, si quis Minores Ordines susceperit, ac postea bigamiam contraxerit?

Resp. talem omni privilegio Clericali, quod antehac, tanquam unius & virginis maritus habebat, ipso factò privari. Textus in cap. un. de Bigam. non ordinand. in 6. ubi latè Paterin. & Reiffenstuel ad cit. cit. n. 24. & seqq.

§. II.

statuitur, Maritum duarum post baptismum matrimonium, Clericum non ordinandum; neque eum, quicumque quidem, sed concubinam, non maritum habuit; item in cap. si quis post acceptum 1. ead. Dist. ibi: si quis post acceptum baptismi secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri Episcopus, non Presbyter, aut Diaconus &c. item in cap. Laici 6. ead. Dist. ubi de Laicis dicitur, quòd non prohibeantur ad Clericatus sortem assumi, si concubinam, aut pellicem non noverint.

Respondendum nihilominus est negativè. 145 Textus sat perspicuus in cap. quia circa 6. de Bigam. non Ordinand. ibi: cum Sacerdotes sive non sive diversis temporibus plures habuerint concubinas, irregularitatem non incurrerint bigamiae &c. Panormitanus ad idem cap. n. 2. Gonzalez ibid. n. 4. P. Reiffenstuel ad cit. cit. n. 17. Ratio est: quia, ut dictum in n. 134. irregularitas bigamiae contrahitur ex defectu significationis Sacramenti matrimonii. At ubi nullum praecessit matrimonium, sed tantum congressus fornicarius, non occurrit defectus significationis. Ergo &c.

Ad rationem dubitandi Resp. nihil inconveniens esse, ut irregularitas contrahatur sine delicto, & non contrahatur cum delicto; si illinc reperitur illius fundamentum, isthinc deficiat, veluti jam declaratum est. Sic enim, qui ex officio pronuntiat sententiam in causa sanguinis, sit irregularis, esto non delinquit, sed opus virtutis exerceat: quia scilicet adest fundamentum irregularitatis, hoc est, defectus lenitatis.

Ad textus contrarios Resp. Gonzalez cit. l. 148 num. 4. & 5. ex illis solum probari, quòd, qui concu-

concupinam habet, sit irregularis ex delicto, non autem quòd bigamus sit, & defectum in 149

significatione patiatur. Haec ipsa tamen irregularitas solummodo effectum habuit de Jure antiquiori; de Jure noviori verò in cit. cap. quia circa 6. rursus est sublata, prout solidè attestatur P. Wiestner ad cit. cit. de Bigam. non Ordin. sub n. 6. P. Schmalzgrueber ibid. n. 6. in f.

150 Dubitatur II. an bigamus & irregularis sit, qui contrahit matrimonium, & consummavit, ac post vel ante matrimonium, vel etiam

stante matrimonio, cum una vel pluribus carnaliter est commixtus?

Resp. negativè. Textus omnino clarus in cap. fraternitatis 7. Dist. 34. junctò saepe cit. cap. quia circa 6. de Bigam. Clariss. P. Schmalzgrueber cit. l. n. 4. Ratio est: quia, non obstante, quòd matrimonium quis contraxerit cum una, & cum aliis mulieribus sit fornicatus, nullus tamen defectus intervenit in significatione: quia divisio carnis in plures non est facta cum animo & affectu maritali, sed fornicariò.

§. III.

Quandonom contrahatur Bigamia Interpretativa?

152 Bigamia Interpretativa vocatur, quando quis non quidem verè seu formaliter contrahit & consummavit duo matrimonia, sed tantum virtualiter & equivalenter, ex interpretatione Juris. Talis est I. si quis contraxerit duo matrimonia, & affectu maritali consummaverit, quorum utrumque vel saltem unum erit invalidum, non propter defectum Sacramenti, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto, uti dicitur in cap. nuper 4. de Bigam. non ordinand.

154 Quod quidem loquitur de Clericis Majoribus, attamen ex consuetudine DD. consensu, de quo testis est P. Schmalzgrueber cit. l. n. 5. extenditur ad Laicos, duplex matrimonium praefatò modo contrahentes. P. Engel ad cit. cit. 3. & 4. P. König ibid. num. 3.

155 Talis est II. si quis contraxerit unum matrimonium cum vidua, jam cognita, vel alia femina, ab alio corrupta. Textus in cap. curandus 9. cap. praecipuus 10. cap. si quis viduam 13. Dist. 34. cap. de bigamis 3. cap. debitum 5. 6. de Bigam. non ordinand. Rationem dat P. Engel cit. n. 3. quia, licet matrimonium, cum vidua vel corrupta contractum, verum sit Sacramentum, representans conjunctionem Christi & anime iustae, non est tamen quoad significationem omninò perfectum: eò quod minime significet conjunctionem Christi cum

n. 7. Antonell. de Reg. Eccles. l. 2. cap. 9. n. 6. P. Reiffenstuel ad d. l. n. 22. Ratio est: 160 quia tunc non est defectus in significatione Sacramenti: nam caro non fuit divisa in plures, & mulier, à ducente prius corrupta, adhuc est unica unici.

Siracionem queras: cur irregularis fiat, qui ducit corruptam ab alio, non etiam, qui ducit unam, & plures alias corruptas, ac sepe corruptus est?

Responderi solet, quòd, sicut consensu matrimonialis non cadit supra seipsum, sed super alterum conjugem; sic etiam affectus maritalis non cauet irregularitatem, nisi habeatur ad conjugem, antehac ab alio corruptam. P. Engel ad l. n. 6. P. Pithing ibid. num. 13.

Talis est III. si maritus accesserit ad uxorem propriam, ab alio per adulterium corruptam cap. si cuius 11. & seq. Dist. 34. quia ex Juris interpretatione idem est, accedere ad corruptam post matrimonium, ac matrimonium inire cum illa, quae fuit ab alio corrupta: utrobique enim deficit significatio Sacramenti. Et hinc non refert, utrum maritus sciverit adulterium uxoris, vel nesciverit: quia scientia vel ignorantia adulteri nec efficit, nec impedit defectum significationis. P. Pithing ad cit. cit. n. 14. P. Schmalzgrueber n. 7. & alii, in num. 158. citati.

Haec tamen I. an, qui duxit virginem, per errorem existimans, illam ab alio corruptam esse, bigamus fiat, & irregularis?

Resp. negativè. P. Pithing cit. l. n. 10. Ratio est: quia ad bigamiam, & inde resultantem irregularitatem, sola intentio non sufficit, sed factum requiritur, in quo fundatur defectus significationis Sacramentalis. Sic 166 quae etiam invenitur in aliis irregularitatibus v. g. ex homicidio, ubi, qui feram mutilavit, aut occidit, putans se mutilare vel occidere hominem, non incurrit irregularitatem.

Haec tamen II. utrum, si matrimonium cum vidua vel corrupta sit nullum ob defectum consensùs, bigamia nihilominus oriatur? Ita quidem opinatur Zoësius ad cit. cit. n. 11. ex ea ratione: quia Ecclesia magis attendit consensum externum, quam internum, ut patet ex cap. nuper 4. de Bigam. utpote cum scandala-